



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

VI. De ingentibus donis, quæ è Regularum obseruantia & æstimatione sequuntur, etsi alio quin circa res paruas ea versentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

Apollata de hunc animo per- nexo fuit.

Inc. 16. Math. 16. per illa Ser- ba quid dicit in hi- dare, &c.

Sensim la- bimus sine sensu. Job. 41. 13.

Item, 6. 8.

Sensu Re- gula seruati- onem.

ante in perditionis statu versabatur : iam dudum corpore tantummodo in Reli- gione egit non animo, iam dudum spiri- tu omni carens orationes & examina om- mittens, denique Regulas suas prater- gredi graue non ducens. Hisce ergo de pulucribus isthuc ortum est lutum.

Idem quoq; notat S. Hieronymus di- cens: infelix Indas damnum quod ex effu- sione sanguinis se fecisse credebat Suli Magi- stri precio compensare. vide quonam malo- rum auri cupiditas, & quod paulatim de pecunia quid clanculum tolleret, & ali- quid sibi retinere cuperet, ludam perdū- xerit: vt & ipsi etiam in rebus admodum paruis incipere timeamus, hoc videlicet est, quod ait Iob: *Furorem eius (inimici) precedit egestas.*

Primo namq; anima per imperfectio- nem & culpam venialium multitudi- nem nec non per orationis & spiritualiū exa- citiorum defectum depauperatur & debilitaturq; inde postea in gratia & mortalia proruit: qui negligenter ambu- lat omnia imperfectionum genera pas- sim degluciens, mox etiam aperta & ma- nifesta peccata deuecrabit. Quocirca ca- ueamus quam diligentissime, ne Dæmo- ni aditum patefaciamus. Regularumq; timorem ac reuerentiam exuamus ip- sasque vilipendamus.

Et quoniam per Ieremiam sic Domi- nus cominatur: *Eruadit Ierusalem, ne for- te recedat anima à te, ne forte ponam te de- sertam terram inhabitabilem:* hinc o peram- da & Religioſæ huius disciplinae & obser- uantia, quam nos Regulae docent, te conformes, ne forte à te recedat omni- potens, reque derelinquas, itaque tur- pem & deplorandum tui ca- sum videamus.

C A R V T VI.

De ingentibus donis, quæ à Regularum ob- seruantia & assimatione sequuntur, etsi alioquin circa res paruas ea versentur.

Ergo serue bone & fidelis, quia super pau- ca fuisti fidelis super multa te consti- tua: intra in gaudium Domini tui. In hisce Redemptoris nostri Christi verbis in Gaudium gentia nobis declarantur bona, quæ à di- ligenti Regularum obseruantia, reuere- tia & assimatione, esto circa minutias & parui momenti res ea versentur, quam in in hominem resalutari: Ergo, inquit, illud intra. Serue &c. poro tam eximium & tu reposit. peremittens erit gaudium & merces, quod te eo quod super pauca fidelis & diligens fuisti manet, vt non tam gau- dium intraturum dicat in te (quia à te capi non poterit) quam ex aduerso te ingressurum in gaudium, ipsumque cir- cumsecus superabundaturum, perinde vt dum in aulam intras, quæ te multo capaxior & amplior est: Et alio in loco ait: *Mensuram bonam, & confertam, & coagulatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Præmii & gloriae, quæ propterea nobis dabitur, mensura non est parca, scilicet, & ex æquo commensa, sed mensura conferta & superabun- dans.*

Videamus iam, quam obire eos, qui in modico fidelis sunt, tam ample Domi- nus remuneretur & extollat. Quia nimi- rum in hisce rebus paruis & modicis melius alicuius fidelitas eluceſcit, & quid facturus sit tum, cum maiora illi committetur. Ita id Dominus ipse apud S. Lucam asseuerat dicens, *Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis erit.* Notan- dū vero non dixisse Dominū, *Qui fidelis est in maximo & in minori fidelis erit:* sed cōtra magis: namq; fidelitas alicuius per- spicienda

Matt. 23. 21.

Gaudium

bisquis

manus est

Luc. 6. 38.

Luc. 16. 10.

parua quia

tor in his

apparet.

Luc. 16. 10.

Notan-

Notan-

Notan-

Notan-

Notan-

spicienda videtur in modico. quam in multo, sicut fidelitas & conomi aut quastoris alicuius non tam apparet in eo quod centum aut mille aurei rationibus suis non defunt, quam, quod ne obolus quidem. Bonus et obsequens famulus nō tam agnoscitur in rebus magnis exequendis, quā in paruis et minutis, & ad quas

Obediencia
fili in mi-
nimis ma-
xime nota-
tur.
faciendas minime obligatus erat. Boni denique filii obedientia & erga Patrem amor non tam colligitur ex eo, quod in grauius, magniq; mouentibus ei morem gerit, quam, quod ne in minutis quidem a patris sui voluntate ac beneplacito vel latum vnguem deflectere studet, aut aliquid facere, quo eum vel minimū offendar, aut modicam molestiam creet.

Bonus reli-
giusus mini-
ma cauet.
Pari modo religiosus bonus nō tam ille habendus est, qui sedulo ne in graues defectus ac letalia crimina incidat, cauet, quam qui singularem & magnam in omnibus regulis & obedientiis, quaprumlibet paruis & minutis, adimplendis sollicitudinem ac diligentiam adhibet.

Hac itaq; de causa eos, qui huiusmodi sunt, Dominus ita remuneratur & extollit, tātis quoq; beneficiis cumulat ad eo denique in eos liberalis & effusus est, propterea quod ipsi vicissim Deo se liberales exhibeant. Atq; hoc innuit Apostolus Iacobus, dum ait, *appropinquate Deo*

Jacob. 4. 8.
Et appropinquabis Sobis. Quanto autem Deo fies vicinior, liberalioremq; te erga eum exhibebis, tanto ille in te effusior erit, maioribus te beneficiis & fauoribus praeueniens: Iam qui serio solliciteq; al-laborat ut Deo Opt. Max. placeat, eiusq; voluntatem faciat, non in ijs modo quae obligationis sunt, verum etiam quae cō-filii & supererogationis, nec tantum in maioribus, sed & in minoribus: atq; ad eo in omnibus, id quod melius & perfe-ctius est, quodque diuinæ voluntati cō-formius fore nouit, agere procuratus in Deum liberalis est: hinc & ipse Deus vicissim in illum se liberalem praestabit.

Liberalis
in Deum
quis?

Hi intimi & familiares Dei amici sunt, hi eminentiorib. ab eo gratis & prae-rogatiuis extraordinariis donantur, hi ma-

gis in virtute & perfectione crescent, & super alios proficiunt & excellunt. Vt etiam experientia teste videre est: Ho- rum siquidē non aullos cognouimus, qui in spiritu & donis diuinis admodum fuere eminentes, alios audiuius, esto vetera- ni essent, in cuiuslibet tamen regula & praeccepti, quantumlibet parui & minuti obseruantia & exacta custodia, tam singulares fuisse, ut omnibus intuentibus & exemplo essent & confusione per hanc si- viam adeo illos Dominus extulit & emi- nentes reddidit, imo & in saeculo, videre est famulos, qui hoc modo Dominis suis seruiunt, omnimodis soliti ut, quacūq; in re possunt, magna atq; ac parua, ordina- ria pariter & extraordinaria, illorum vol- untati pateant & placeant, illorum pra- conseruis suis beneuolentiam sibi conciliare donaq; & beneficia eximia ab illis consequi. Ita porro & in domo Dei res se habet. Quippe qui se velut paruulos ge- runt se inquam humiliant, & parua ac minuta in religione exequi gaudent, hos pra aliis complectitur Deus, hos delicio- sius tractat, his item multa beneficia pra- aliis elargitur. *Smite paruulos & nouiceos* *Matth.*
prohibere ad me venire, talium est enim re-
gnum calorum. *19. 14.*

At qui altum sapiunt, libertatem seclā- tur, veteranum agunt, & parua adeo non magni faciunt, ut etiam quodammodo contemnant et dedignentur, rati, nouitiorum ea propria esse, eos Deus humiliabit, & a se seu spurios reiciet iuxta illud Prophetae: *Si non humiliter Domine* *Psal. 138. 1.*
senisebam, sed exaltatus animus meus, sicut
ablactatus est super Matre sua, ita retributio
in anima mea. Mater enim sua puero iam grandiori vbera & lac suberabit, ac pu- sioni ea praebet, eumque brachiis & sinu fouet. Ergo inquit nisi me Domine in- star pueri humili, projice me a facie tua, & ablega a conspectu tuo, sicuti Mater puer a cō- filium quem ab lactare vult, a se abdicat. Adhuc, puero iam ab lactando, papillae ab- synthio & amaro aloes succo inungū- tur, ut in quibus miram antea suauitatem & dulcorem percipiebat, amaritudinem iam

Epist.
Hebr.

in prin-
2. 100.
4. pag.

Matth.
19. 14.

Parna 10.
rennentes
Dem re-
spuit.

Psal. 138. 1.

Nolens hu-
milisari

4. Reg. 5.

specu Dei
ablegatur
et sicut ab-
lactandus
a matre
iam

iam in illis inueniat. Hanc maledictionem Deus etiam sibi imprecatur, eamque extendit & ad eos, qui se iacobunde effecerunt, qui pueri & paruuli esse detrectant, quibus nimirum contingit, vt, cum antea in oratione, & exercitijs spiritualibus, dulcedinem & saporem inueniant, in iis postea amaritiam experiantur, omniaque illis in ablynthium transeant.

Epist. 3. ad Helio.

Quam ob causam ait D. Hieronymus: Mens Christo dedita, ei que placere gestiens, aque est in maioribus & in minoribus intentata est, sciens, etiam pro otioso serbo ac cogitatione Deo reddendam esse rationem, & optime intelligens, a rebus minoribus paulatim ad maiores descensum & prolapsum fieri; ac simul certa est, sibi, si in modico fidelis est, multa ac magna a Deo collatum iri. Itaque nihil vt exile & modicum reputat, sed omnia plurimi & permagni facit, Et hoc ipsum serio inculcas S. Basil. ait, *Stude ut maiorum virtutum compos efficiare, neque in rebus tuis negligas. Nullum omnino sit & ritum, quod parum pendas: quamuis illud tenuissimum & insignissimum sit.* Nullum omnino inuitus est, qui contemptus non cumprime nocere, magnumque nobis inferre damnum queat.

in princip. 2. tom. fol. 4. pag. 2.

CAPVT VII.

In quo, quod dictum est, aliquibus exemplis confirmatur.

4. Reg. 5.

Naaman, diues & potens erat, & Regis Syriæ intimus, vt pote militiae eius princeps, verum lepra infectus. Hic audiens, in Samaria Prophetam esse, Eliseum nomine, qui omnigenas curaret infirmitates, ipsos etiam mortuos ad vitam reuocaret; commendatitias a Rege Syriæ ad Regem Israel litteras obtinet, vt hic illum a lepra sua, mox vt venisset, & litteras protulisset curari iuberet. Itaque in Samariam cum magno equorum & curruum apparatu, profectus, vt ad Elisei ostium venit, seruos ad eum nigredi cum mandatis iuber. Sed hic ad Naaman foras non egressus, duntaxat ei renuntiat: *Kade & lauare sepius in Iordane, & recipies sanitatem caro tua, atque munus ab eris.* Hoc re-

4. Reg. 5. 10

Rodriguez, exercit. pars 2.

Sponso irritatus Naaman, Putabam, ait, quod egredere tur Propheta ad me & stans magnis ceremoniis, inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepra & curaret me: Et ecce aliud nihil dicit, quam vt in Iordane lauet. Numquid non meliores sunt Abana & Pharbar flumina Damasci omnibus aquis Israel, vt lauet in eis & mundetur? Abeamus ergo: neque enim propterea huc me tanto labore venire necesse erat. Cum ergo conuersus ab itum pararet, quod putaret id parui momenti esse, & propterea vilipendendum, accesserunt ad eum serui sui, eo haud dubie prudentiores & dicunt, Pater, & si rem grandem dixisset tibi Propheta, certe facere debueras; quanto magis, quia nunc dixit tibi, *Lauare & mundaberis?* Ergo rationi cedens ad Iordanem abit, & septies in eo se lauat, post lotionem, ecce a lepra mundatur, & restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli. In eo ergo quilli paruuum, contemptibile & exiguum videbatur, eius salus & valetudo consistebat.

Naaman in parua re obediens sanatur a lepra.

Idem etiam in rebus spiritualibus vsu Salus non venit, quae ppe in exilibus & minoris illis rebus, quas regulae praescribunt, salus non nisi sita est. Sic est profectus & perfectio sita est. Imaginis alicuius perfectionem & venustatem non nisi quibusdam in apiculis, & lineolis tenuissimis consistere certum est. Si ergo tibi ad salutem hanc spirituales, ad profectum & perfectionem hanc consequendam diceremus difficultia & ardua quaedam suscipienda tibi esse, certe facere debueras, & quamuis impederes operam vt bene collocatam & impensam crederes, quanto magis nunc, cum per quaedam tam factu facilia eam consecuturum te dicimus? Quocirca quod regulae circa res tam faciles & paruas versentur id nulla nobis inertia & negligentiae esse debet occasio, verum, vt magis hinc adeas seruandas animemur, cum rebus tam paruis & facilibus profectum & perfectionem nostram contineri videamus.

Lib. de Cisterciensibus illustratus ord. Cisterciens.

Cisterciensibus Monachis olim per Regulam erat praescriptum, vt ad mensam sinem micam panis quisque colligeret, easque vel

dd vel